

scilicet nigro, rubeo vel albo, plusculas de ferro, cupro. Item habeat planas zonas vel barratas sive membratas membris rotundis vel quadratis.

Cerotecarius habeat cerotecas grossas, messoribus et fossoribus aptas, minutas ad opus non laborantium, opere scilicet manuali, servili ad cardanos et spinas trahendum vel colligendum. Item habeat cerotecas duplices et singulas, pilosas vel planas. Habeat cerotecas magnas et duplices ad opus falconarii. Item cerotecas laneas et inconsutiles desuper et totum contextas.

Allutarius habeat allutam veram de pellibus caprinis, de pellibus ovinis; habeat estivalia, crepidas sive botas largas tentone minutas ad opus hominum vel stricas ad opus feminarum. Item habeat sotulares pecatos vel sotulares cum medullis corrigiis laqueatos. Item habeat sotulares cum colariis ligulis ad opus militum.

Husurarius¹⁾ et sutor in coreis bovinis operantur. Sutor quidem ocreas sive husas faciat et sotulares pariter varios et multimodos utallutarius, scilicet husarios²⁾, tantum faciet ocreas et non sotulares.

Sellarius sellas³⁾ habeat diversas et varias ad opus monachi cum articulis divisis et latis non coloratis, insculptas ad opus militum, domine, armigeri et persone et presbiteri ad equum, ad palefridum, ad sumentorium. Item habeat cingulas et sellas³⁾ verniculatas, albas vel auro vel cinoplo coloratas, flosculis leoniculis vel alicujus hystoria depictis⁴⁾ vel protractas. Item habeat scuta colorata vel non colorata, alba, nigra, flosculis de flagella vel aliis leoniculis depicta, rubeo vel cinoplo, viridi vel auro, azuri. Item habeat scuta listata flosculis, avibus, bestiunculis, quaternata, moncellata, lambata rosis.

Pelliparius habeat pellicia, penulas fururas, ex pellibus agninis vel foleis, ex griso, ex periolis, sorellis, ex cuniculis, laironibus edulline, ex pellibus ovinis, hispidis et pilosis, ex grossis vel minutis sive crispis, ex catiis sive ex pellibus catenis, grossas vel superrasas; item habeat penulas albas, negras, et habeat urlas de sablino matrice ex fibro, ex vulpecula vel roserella vel ex lutro et cetera.

Lorimarius habeat lorenas, scilicet frena, cingula cum duplici coreo. Item sint lorene in freno, in pectorali et strepis sive scancilibus, quedam de minutis clavis, quedam de clavis latis, rotundis cum scutis, scutellulis pendentibus ferreis vel cupreis deauratis, quedam cum campanellis vel anulis. Item intelligendum est de strepis et de pectoralibus. Strepas habeat latas sub pede ad opus militum, cum virga gracili ad opus monachi, et rotundas, strepas quadratas, structas et latas

1) leg. husuarius. 2) l. se thusuarius. 3) sing. et cellas c. 4) depictas?